

.lxxviii. DE MATUTINA CAELEBRATIONE .

PRimum ergo de matutinorum antiquitate . dauid pro
pheta testis est dicens . Deus deus meus . ad te de luce uigilo .
Et iterum . In matutinis meditabor in te . Et alio loco dicit .

/160v/ Preuenerunt oculi mei ad te diluculo . ut meditarer eloquia
tua . Diluculo autem proinde oratur . ut resurrectio christi cèle
bretur . In uigilia ergo matutina dominus israhelem ducens per rubrum
mare . faraonem et egyptios¹ in ipso dimersit . et matutina hora
christus a morte resurgens et populum suum saluans . diabolum et satel
lites eius eterna captiuitate damnauit . Matutina enim luce radi
ante . dominus et saluator noster ab imferis surrexit . quando coe
pit oriri fidelibus lux . quę moriente christo occiderat pecca
toribus . siquidem et eodem tempore cunctis spes futurae resur
rectionis creditur . cum iusti et omnes ab hac temporali morte
quasi a sopore somni . resurgentes euigilabunt .

¹ egyptios] corr. from aegyptios